



Decisiones Sacramentales, Theologicæ, Canonicae, & Legales

In Quibus Tota materia Sacramentorum, Theologiæ Moralis, Juris Canonici, & Quæstiones plurimæ Juris Civilis explicantur, dilucidantur, & traduntur, Eruditionibus, Historiis, & Exemplis adornatæ ; Opus Episcopis, Vicariis, Parochis, Confessariis, aliisque Studiosis utile, ac jucundum In Libris novem ...

De Sacramentis In Genere Ac De Sacramentalibus Nec Non De Sacramentis Baptismi, Confirmationis, atque Extremæ Unctionis Decisiones

Chiericato, Giovanni Maria

Augustæ Vindelicorum, 1730

Noi Reformatori Dello Studio di Padova.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94638](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94638)

AUCTOR

Ad Ven.
CLERUM PATAVINUM,
Et Studiosos Lectores.

Litterarii labores Vestri, quibus praesentes Decisiones fulciuntur, adeo grati, & proficui facti sunt aliarum Diocesum, etsi valde distantium, Studiosis, ut, ad eorum enixis petitionibus satisfaciendum, necesse fuerit ad novam hanc impressionem procedere, & Decisionibus ann. 1687. & 1688. editis, addere tractatum Extremae Unctionis, cui anno 1692. Vos studuistis. At circa praesentem librum de tribus Vos monitos facio. Unum est, quod ipsum reperietis ornatum Argumentis, ac Summariis praevis ad quamlibet Decisionem, nec non Indice generali in fine, ut facilius quae ex abrupto requiruntur, reperiantur. Alterum concernit additiones, quibus Casus de Sacramentis in genere, de Sacramentalibus, de Baptismo, ac de Confirmatione adaucti sunt, tum quod ad doctrinam; tum quod ad formam; siquidem sub distinctis Decisionibus redditi sunt ornatiores. Tertium versatur circa unionem horum trium Sacramentorum Baptismi, Confirmationis, ac Extremae Unctionis, de facili enim aliquis Vestrum mirabitur, & forsan lamentabitur, quod post Confirmationem agatur de Extrema Unctione, cum juxta praxim Parochorum, prius Penitentiae, deinde Eucharistiae, demum Unctionis Extremae Sacramentum ministretur? Porro rationabilem esse explicationem unitim factam Baptismi, Chrismatis, ac Olei Sancti, comendo, ex Ritu Sanctae Matris Ecclesiae, quae simul, eodem die, ac actione consecrando preparat, & preparando consecrat materiam horum trium Sacramentorum; videlicet in Missa Solemni Ferie Quintae in Cena Domini, in qua Episcopus Olea Sacra sanctificat, tum pro inungendis scapulis, & vertice puerorum in Baptismo, tum pro eorum fronte in Confirmatione signando, tum etiam pro sensibus Infirmorum periculose decumbentium liniendis. Quod si haec explicatio de Extrema Unctione visa vobis fuerit incongrua, eo quia anteponatur Decisionibus de Venerabili Eucharistiae Sacramento, (quae prodierunt in lucem anno 1697.) legite Decisionem LXXXI. & scietis, olim fuisse in usu apud fideles, prius recipere Extremam Unctionem, deinde Viaticum Sacrum. Igitur consueta comitate Vestra librum hunc cum aliis nostris excipite, & diu, feliciterque valete.

NOI REFORMATORI

Dello Studio di Padova.

Havendo veduto per la Fede di revisione, & approbatione del P. F. Raimondo Asperti Inquisitore nel Libro intitolato: *De Sacramentis in genere, & de Sacramentalibus*, nec non *de Baptismo, de Confirmatione &c.* Decisiones Auctore Jo. Clericato Praeposito Patavino, non v'esser cosa alcuna contro la Santa Fede Catholica, & parimente per Attestato del Segretario Nostro, niente contro Principi, & buoni costumi, concedemo licenza ad Andrea Poletti Stampatore, che possi esser stampato, osservando gl'ordini in materia di Stampe, & presentando le solite copie alle Publiche Librarie di Venetia, e di Padova.

Die 13. Maggio 1703.

[Ferigo Marcello Proc. Ref.
[Sebastian Foscarini Kav. Proc. Ref.
[Marin Zorzi Ref.

Agostino Gadaldini Segr.

IN-